



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvat̃is, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

170. Fer. 3. De majore vi donorum Spiritûs sancti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

298 *Fer. 3. Domin. Pentecost.*

Uiderium & sitim humanam faciat, juxta illud: *Non sitiet in aeternum, sed fiet in illo fons aqua salientis in vitam aeternam; quia gustato Spiritu desipit omnis caro.* Orabo ex hac aqua renasci, dicto hymno de S. Spiritu.

MEDITATIO CLXX.

*Feria 3. Domin. Pentecost.*

*De majore vi donorum Spiritûs sancti.*

**A**spiciam, quomodo satanæ malitiam Spiritus sanctus coërceat donis suis, sicut lux arcet tenebras, & ignis frigora. Petam intelligere utriusque vim, illam estinguere, hanc consequi.

*Conf. 1.* Quomodo spiritus malus per superbi, amduodecim mala in templis suis, hoc est, superbis operetur: Curiositatem, mentis levitatem, ineptam lætitiâ, jactantiâ, singularitatem, arrogantiam, præsumptionem, defensionem peccatorum, simulatam confessionem, rebellionem, libertatem, peccandi consuetudinem. Hunc spiritum superbum Deo magis foetentem, quàm cadauera, Spiritus sanctus coërceat timore Domini, & duodecim actibus humilitatis oppositis.

*Conf. 2.* Quomodo spiritus malus per Invidiam moraliter, & mediatè in suos ingrediatur, præsentando vivaciter sensibus, phantasia



phantasiæ, intellectui, voluntati, objecta delectabilia, humores excitando, unde pravæ sequuntur affectiones: suadeat intellectui obtenebrato, refrigeret voluntatem, ad inconsiderationem trahat, deprimat inconsolabiliter ad terrena, & amaricet celestia, conscientiam obumbret, falsitatem veritate obvelet, diffidentiam ingerat, à Deo avocet. Hunc Spiritus sanctus dono Pietatis arceat ab ingressu immediato in animam, vel per inspirationem personalem, vel per operationem humanam excitando ad DEVM, eo modo, quo ignis ex aëre & flatu hominis accenditur; lucéque suâ, & perfectâ Fidei illuminatione caliginem, & tenebras mentis abigit, ardore divinæ Charitatis accendit, ad cœlestia sublevar, dictamen rationis confortat, & conscientiam illustrat.

*Conf. 3.* Quomodo spiritus malus sic immundissimus, qui animam tam vilem facit, & sic ad peccatum pronam, ut de nullo peccato erubesceret, & à nullo peccato desisteret, nisi plus hominum timeret verecundiam, quam Dei: est amarus sicut fel, ardens, frigidus, à Deo, & quidquid divinum est, avocans. Hunc Spiritus sanctus expellit dono scientiæ: est enim mundissimus præ solis radijs, incorruptibilis, immutabilis, dulcis præ omni dulci, calidus ita, ut solum DEVM

**N** 6 appetere,



300 *Feria 3. Domin. Pentecost.*

appetere suadeat, & reliquorum omnium  
contemptum. Claudam Meditationem  
Hymno sancti Spiritus.

MEDITATIO CLXXI.

*Feria 4. Domin. Pentecost.*

*De reliqua vi donorum Spiritus  
sancti.*

**A**spiciam reliquas hostilitates Spiritus ma-  
li, quas bonus extirpat, sicut ventus  
aërem corruptum, odor foetorem. Petam  
utrasque nôsse, ab illis erui, his repleri.

*Cons. 1.* Septem querelas Spiritus mali,  
quas hominibus proponit. 1. Legem DEI  
esse strictam, quia præcipit esse contentum  
modico necessario. 2. Gravem, quia præcipit  
grata cum moderamine rationis temporibus  
suis adhibenda. 3. Deformem, quia præ-  
cipit diligere humilitatem, & DEO omne  
bonum adscribere. 4. Duram, quia jubet  
renunciare voluntati propriæ. 5. Adversam,  
quia vitam nostram longam reducit ad con-  
siderationem brevitatis ejus. 6. Impossibi-  
lem, quia nimis latam ad saltandum. 7. Si-  
militer, quia nimis altam ad scandendum,  
ita apud D. Brigitt. lib. 3. cap. 22. & lib. I.  
cap. 47. Hunc Spiritus sanctus refutat dono  
Fortitudinis, cujus est magnanimitas, secu-  
ritas, magnificētia, patientia, longanimitas,  
perseverantia, constantia, *Cons.*